¶ Alanus de parabolis. Alias doctrinale altum/cum luculenta glosarum expositione. Londoniis nouiter impressus per Wynandum de Worde in parrochia sancte Brigide in vico anglice nuncupato the fletestrete ad signum solis aurei commorantem.



Epitaphium Alani

Alanum breuis hora breui tumulo sepeliuit
Qui duo qui septem totum qui sabdidit orbem
Scire suum. mores dare vel retinere nequiuit

ISte liber duobus modis solet nominari. Pri=
mo sm̄ quosdā appellat̄ doctrinale altum: ꝛ vocatur doctrinale pro tanto
quia dat doctrinā. Un̄ doctrinale dr̄ a doctrina: ꝛ oīs liber dās doctrinam
doctrinale potest appellari. Tamē istud nomen doctrinale appropriatū est isti libro
quē cōposuit magister Alexāder de villa dei: q̄ incipit. Scribere clericulis. ꝛc̄. Alio
modo solet vocari alanus de parabolis ab inuentore: nā actor isti⁹ libri vocat̄ alan⁹
de quo legit̄ qꝫ cū quodā die studeret parisi⁹ sciēs septē artes liberales: necnō leges
atqꝫ decreta: suā scientiā ꝓposuit exponere: et in aliquē fructū redigere seu explica=
re. Et cū in crastinū de tota trinitate predicare vellet sciētiā et noticiā verā de illa cū
ctis audientibus exhibere: ipso pergente ad spaciū prope quandā ripariā cogitans
qualiter opus propositū cōplere posset quēdā puerū repperit q̄ tenēs vnū coclear in
manu fecerat vnā paruā foueā modicū procul ab aqua ꝛ hauriens aquā cū suo co=
cleari portabat ad foueā quā fecerat: et instanter sicut puer apposuerat aquā in fo=
ueam aqua terrā intrabat. qꝛ locus erat arenosus. Quod videns Alanus: dixit pue
ro. O puer quid hic agis? Et puer respondens dixit: totā istā ripariā in foueā meam
ponere proposui: nec cessabo quousqꝫ propositū meū adimpleuero. Cui alanus. Qn̄
putas fecisse? Opus tuum licet sit puerile: tamē est impossibile tibi. Cui puer. hoc ci
tius fecero q̄ꝫ tu propositū tuū adimpleueris. Et alanus respondēs dixit. Quid eni
ꝓposui facere? Et puer dixit. Tu ꝓposuisti declarare cras totā trinitatē per tuā scie
tiam in predicatione: quod est magis impossibile tibi q̄ꝫ qđ ego ꝓposui. Quod audi
ens alanus multū territ⁹ reuersus domū ꝛ dicta pueri in se memorās multūqꝫ dolēs
et tristꝭ suā presūptionē siue arrogantiā recognouit. Adueniēte ꝟo die crastino ꝛ ho
ra predicationis vbi multitudo magna populi fuerat cōgregata. Alanus ascendēs
cathedrā: dixit loco thematis. Sufficiat vobis vidisse alanū. Quibus verbis dictis
descendit de cathedra ꝛ abijt. Qđ vidēs populus nō modicū stupefactus fuit. hoc
facto alan⁹ verecūdia ꝯfusus pergere nolens parisius trāsiuit Burgundiā: ꝛ in qua
dam abbatia cisterciū nōle pastor ouiū fuit: et deinde fuit conuersus ipsius abbatie
ad modum laici. Accidit qꝫ rome quidā heretici aduenerant qui per sua argumenta
falsaqꝫ sillogisationes totā fidē catholicā subuertebant: quapropter papa mādauit
omnes prelatos/abbates/doctores/et clericos totius christianitatis romam venire
quatenus dictos hereticos confunderent. Quod abbas magister alani audiēs ala
no relicto in abbatia voluit romā pergere. Tunc alanus qui iam sensum recupera=
uerat: dixit magistro suo. O dn̄e me tedet hic stare: quia diu est qꝫ abbatiā non exiui
quapropter humiliter deprecor vt vobiscū pergā romā: ꝛ bn̄ seruiā vobis: optimeqꝫ
pensabo de equis. Tūc abbas pergens romā duxit secū alanū. Adueniente aūt die
disputationis abbas voluit intrare locū disputationis cū quo alanus voluit intrare
Cui abbas dixit. Uade ad hospitium: ꝛ pensa de equis: qꝛ locū istū nō potes intrare
propter custodes et cliētes hic existentes: q̄ nō sinūt intrare nisi prelatos et magnos
clericos. ꝛ posses verberari. Cui alanus dixit: volo verberari vt intrem. Et supponēs
se clamidi seu cappe sui magistri intrauit dictū locū: ꝛ ipse sedens ad pedes sui mgr̄i
audiuit disputationē. heretici vero proponentes questiones christianos superaue=
runt ꝛ vicerūt. Quod vidēs alanus exiuit latebras dicēs magistro suo. Jube dn̄e be
nedicere. Et abbas stupefactus: dixit alano. Uile miser: qđ vis facere? Tūc alanus
iterauit dicens vt prius. Jube dn̄e benedicere vsqꝫ ad tertiam vicem. Quod videns
papa permisit eum arguere. Et alanus recitās questiones per dictos hereticos mo
tas: arguit et confudit illos. Quod vidēs hereticus confusus dixit. Tu es dyabolus
aut alanus. Cui alanus. Non sum dyabolus: sed alanus. Tunc abbas magister su=
us voluit sibi suam dignitatem donare: quā alanus suscipere noluit: sed per papam
et abbatē fuit sibi concessum vt duos clericos haberet in dicta abbatia: qui clerici li=
bros quos ipse dictaret sub se scriberent vbi plures libros fecit: inter quos fecit istū:
qui incipit. A phebo phebe. ꝛc̄. Alano vero mortuo fuit sepultus in dicta abbatia.
Sup cuius tumulo scribunt̄ isti versus. Alanum breuis hora tumulo breui sepeliuit.
Qui duo q̄ septē totū sibi subdidit orbē. Scire suū mores dare vel retinere nequit. Iste
liber pōt vocari apud litatos de parabolis. et dr̄ parabola a para qđ est iuxta ꝛ bole
sola: q̄si iuxta solam. In ꝑncipio huiꝰ libri tria sūt inquirenda. Primo q̄ ꝛ quot sint cause



huius libri. scdo qd est eius titulus. tertio cui pte phie supponit. Quo ad primu sciendum est q quattuor sunt cause huius libri. s. efficiens/ materialis/ formalis/ et finalis. Cã efficiens fuit magr alanus de quo superius dictu est. Causa materialis est bona doctrina et parabolaꝝ seu exemploꝝ positio: vt in ipso continetur. Cã formalis est modus procedendi metricus. Causa finalis est duplex. s. grãmaticalis et moralis. Causa finalis grãmaticalis est/ vt plecto isto libro multoꝝ signoꝝ noticiã ac delectationes seu modos signdi habeam. Titulus presentis operis est. Incipit liber magistri alani de parabolis. vel sic scdm alios. Incipit doctrinale magistri alani de parabolis. Uel sic. Incipiũt parabole magistri alani. Cui parti phie supponit: Distinguendum est/ quia vel legitur grammaticaliter tunc: et sic supponit phie rationali. vel legitur realiter et causa doctrine/ et sic supponitur phie morali. His visis sciendum est. q iste liber diuiditur in sex partes siue capitula/ secundum q diuersimode proceditur. Primum capitulum procedit per versus binos/ et incipit in principio et durat vsqz ad aliam partem. Luctatur. Scdm capitulum pcedit per versus quaternos: et incipit ibi. Luctat. et finit ibi. Non teneas aurũ. Tertium pcedit per versus sexternos: et incipit ibi. Non teneas aurum/ et durat vsqz ibi. Nõ bene pedibus. Quartum capitulũ procedit per octo et octo versus; et incipit ibi. Nõ bene. et durat vsqz ibi. Non sunt digna coli. Quintum per versus denos: et incipit ibi. Nõ sunt digna. et durat vsqz ibi. Si quis arare. Sextum capitulum procedit per versus duodenos; et incipit ibi. Si quis arare. et durat vsqz ad finem. Quodlibet autem capitulum diuiditur in tot partes quot in eodem sunt parabole: vt patebit legendo.

¶ Capitulum primum.

A Phebo phebe lumen capit: a sapente
Insipiens sensum/ quo quasi luce micat.

¶ hic actor prosequitur suum intentum. Et primo ponit parabolam dicens q sicut luna sumit lumen suum a sole: sic incipiens debet sumere sensum siue sapientiam et bonam doctrinam a sapiente viro. ¶ Construe. Phebe. id est luna. capit lume id est claritatem a phebo. id est a sole. Sic incipiens capit sensum. id est sapientiam a sapiente. quo micat. i. resplendet quasi luce.

Nil aliud nisi se valet ardens ethna cremare
Sic se non alios inuidus igne coquit.

¶ Ponit aliam para. d. q ethna est mons in sicilia semper ardens/ nec potest ardere alios montes nisi seipsũ. Sic est de inuido q cupit aliena et dolens de pspertis pximi vrit et coquit seipsum in igne doloris et tristicie nichil nocens aliis nisi sibipsi. ¶ Cõstrue. Ethna i. ille mons. ardens/ nil pro non et aliquid non valet. i. nõ potest cremare aliquid nisi se. inuidus coquit se sic. id est taliter et non coquit alios.

Sus de sorde leuat: saltem dum colligit escas
Cur nunqz surgit sorde volutus homo

¶ Ponit aliã para. d. q sus illud alal surgit de sorde siue de palude dum vult comedere. qre ergo hõ inuolutus sorde. i. pctõ nõ surgit a pctõ. s. p contritionẽ/ cõfessionẽ/ et satisfactionẽ. ¶ Cõ. Sus surgit a sorde. saltẽ dũ colligit. i. recolligat escas. cur nũqz pro non et vnqz. homo volutus. i. inuolutus sorde. i. peccato non surgit. s. a peccato.

Utribus antiquis vinum committere noli
Nec senibus sensum quem retinere velis

¶ Ponit parabolam dicens. q sicut in vasis antiquis vinum ponere nõ debemus ne forte vetustate vasis siue putredine vinum pereat siue vasis ruptura/ ita et sensum nostrum siue secretum quem volumus celare non debemus reuelare senibus quia vt ait cato sensus puerilis illis est. ¶ Construe. tu supple noli committere. id est mittere vinum vtribus antiquis vel veteris committere sensum. id est secretum quem velis retinere senibus hominibus supple.

Nititur in vetitum q̄ in agros defluat equor
Sic ruit illicitum q̄ścito peccat homo.

¶ Ponit parabolam dicens. q̄ si mare defflueret per cāpos intraret locum sibi prohibitum. i. incongruum/ quia talis non est locus eius. Similiter homo q̄ścito peccat intrat in peccatū sibi prohibitū a deo. ¶ Construe. equor nititur intrare sup. vetitū locum supple. q̄ in agros defluat. sic homo ruit. i. intrat. illicitum q̄ścito peccat.

Stultior est stulto qui mandat balsama cribro
Et verbis pleno verba tacenda viro

¶ Ponit aliā para. d. q̄ ille est bene stultus qui mandat. i. immitit et mandat balsama. id est preciosa aromata vel vnguenta cribro. id est cū cribro pdit totū. similiter ille nō est sapiēs qui mandat vel dicit tacēdo viro loquaci et adulatori. ¶ Cōstrue. ille sup. est stultior stulto qui mādat. i. immittit balsama aromata preciosa cribro. ⁊ ille sup. est stultior stulto qui mandat verba tacenda viro. i. homini pleno verbis.

Sepe viatorem non vetus orbita fallit
Sic socius socium non vetus immo nouus.

¶ Ponit aliā para. dicens q̄ via antiqua siue cōis non decipit viatorē/ sed via noua. i. nouiter facta/ sicut sunt sentes et metodi/ q2 hn̄ deuiant sepe viatorem. similiter socius antiquus. id est ab antiquitate notus non decipit socium suum/ sed socius nouus. i. nouiter factus bene decipit quare melius debemus diligere socios antiquos q̄ꝫ nouos et etiam cum ipsis fiduciam habere. ¶ Construe. orbita. id est via noua/ fallit sepe viatorem. sed via vetus non fallit supple scilicet socius vetus. i. antiquitate acquisitus non fallit immo pro sed/ sed nouus socius fallit supple.

Non est in speculo res que speculatur in illo
Eminet et non est in muliere fides

¶ Ponit parabolam per quam nos docet vitare mulierem dicens. q̄ sicut res que videtur esse infra speculum non est/ sic fides que videtur esse in muliere non est. ¶ Construe. res que speculatur in speculo non est in illo scilicet speculo/ fides eminet. id est apparet esse in muliere et non est in illa supple.

In sterili steriles aratrum facit aggere sulcos
Et labor in miseris est sine fruge scolis.

¶ hic actor docet nos fugere prauos scolas/ et vbi boni et sapientes magistri sunt et accedere ad bona studia siue vniuersitates vbi magistri sunt sapientes ⁊ prouidi dicens. q̄ aratrū facit rugas inutiles i agro sterili. i infertili. ita similiter clericus laborans siue studens in scolis miseris nichil proficit. ¶ Construe. aratrum facit sulcos. id est rigas steriles. id est infertiles in agro sterili. id est infertili siue paradiso ⁊ labor sine fruge. id est sine fructu siue sine vtilitate in scolis miseris.

De minimis granis fit grandis summa caballi
De breuibus mendis non veniale malum.

¶ Ponit para. d. q̄ sicut magnus equus fit et nutritur de minimis granis: ita pctm̄ mortale siue magnū potest generari et ꝓcedere ex multis venialibus. ¶ Construe. grandis summa caballi. i. equi fit de granis minimis: sic malum non veniale/ immo mortale/ vel magnum fit de mendis. id est offensis vel peccatis breuibus. i. paruis.

Non sibi sed reliquis aries sua vellera portat
Sic alit vnit semper auarus opes.

¶ hic ponit aliā parabolā per quam docet nos euitare auariciam dicens. q̄ aries siue muto portat lanam suā pro aliis et non pro se/ sicut et auarus diuitias pro aliis

acquirit et non pro se: quia nichil audet exponere: immo dum plus habet plus cupit habere. ¶ Construe. Aries .id est multo/non portat sua vellera .id est suam lanam/sibi .id est pro se: sed portat sepe pro reliquis/quia pro hominibus. Sic auarus vult et aggregat semper aliis .id pro aliis: et non pro se.

Non leuiter velli: quid ab vnco quod tenet ille

Nec es a loculo: quod tenet arta manus.

¶ Ponit aliam parabolam dicens quod si aliquis teneatur ab vnco .i. ab illo instrumento ferreo tortuoso vix potest euelli: ita similiter aurum vel argentum quod tenetur per manus auari vix potest ab eo recuperari vel haberi. ¶ Construe. Aliquid non potest supple velli .i. eradicari vel remoueri leuiter ab vnco .i. ab illo instrumento quod ille scilicet vncus tenet. eo .i. aurum et argentum/quod manus arta .i. auara tenet non potest velli .i. euelli supple a loculo .id est ab auaro.

Mille viris prebere potest: pincerna lieum

Pocula doctrine: pluribus vnus homo.

¶ Ponit aliam parabolam dicens quod pincerna potest dare vinum mille viris et pluribus: ita vnus homo plures potest docere et instruere. ¶ Construe. Pincerna potest prebere .i. dare lieum .i. vinum mille viris: vnus homo potest prebere supple pocula doctrine pluribus hominibus supple.

Accipit et nunquam reddit mare scilla receptum

Sic rapit et retinet debitor era malus.

¶ Hic ponit aliam para. di. quod scilla est periculum marinum quod semper recipit aquam maris: et nunquam emittit aquam: quia aqua ingressa periculum nunquam reuertitur ab illo. Sic debitor malus semper recipit pecunias et alias diuitias inquantum potest: et nunquam vult soluere. ¶ Construe. Scilla .i. illud periculum marinum/accipit .i. recipit/mare .id est aquam maris: et nunquam pro non et vnquam. et non reddit vnquam receptum scilicet aquam introductam sibi/malus debitor rapit .i. retinet/era .i. pecunias/sic .i. taliter.

Non leuiter corio: canis trahitur ab vncto

Nec leuiter nebulo disco: dum sacietur eo.

¶ Ponit aliam para. di. quod si canis portat vel comedat corium vnctum siue pingue vel carnes pingues vix potest ab eodem remoueri. Similiter homo gulosus non vult dimittere discum plenum epulis siue mensam vsque sit satur et plenus. ¶ Construe. Canis non trahitur leuiter a corio vncto .id est pingui/nec nebulo trahitur leuiter supple a disco/dum .i. donec/satietur eo scilicet disco.

Sub molli pastore capit lupus lanam et grex

Incustoditus dilaceratur eo.

¶ Ponit aliam para. di. quod lupus deuorat oues que sunt sub pastore molli et pigro/ac ignaro. Ita similiter dyabolus deuorat oues .i. christianos qui reguntur per pastorem pigrum et mollem per malum prelatum seu curatum cui est cura de omnibus .i. capit de animabus suorum subditorum. ¶ Construe. Lupus capit lanam sub pastore molli .id est pigro: et grex incustoditus dilaceratur .i. deuoratur eo scilicet lupo.

Clarior est solito: post maxima nubila phebus

Post inimicitias: clarius est et amor.

¶ Ponit aliam parabolam dicens quod sol est clarior et lucidior post tempora nubilosa et obscura: sicut post pluuias et niues: sic amor est dulcior et feruentior post inimicitias seu lites et iurgia. ¶ Construe. Phebus .i. sol/est clarior .i. lucidior/solito .i. more solito/post maxima nubila .i. post tempora opaca: et amor est clarior .id est lucidior post inimicitias.

Loricam duram: possunt penetrare sagitte

Sic cor derisus: et mala verba meum.

¶ Ponit aliam parabolam dicēs: q̄ sagitte possunt penetrare loricam duram. Ita mala verba possunt penetrare cor sapientis. ¶ Construe. Sagitte possunt penetrare loricam duram. id est illud vestimentum ferreum: sic cor derisus: et mala verba possunt penetrare cor meum.

Subtrahe ligna foco: si vis extinguere flammas
Sic carnis motus/ ocia/ vina/ dapes.

¶ Ponit parabolam di. q̄ si aliquis velit ignem extinguere oportet eū ab igne subtrahere ligna. Ita similiter si volumus motus carnis extinguere: sicut luxuriā/ el' vetatem: ⁊ sic de alijs. vitare decet ocia ⁊ vina/ abundantiamq̄ epularū. ¶ Construe. Si tu supple vis extinguere flammas. i. ignem/ subtrahe ligna foco. id est ab igne: et si vis extinguere supple motus carnis: subtrahe ocia/ vina/ et dapes.

Firmiter in portu: tenet puppem anchora morsu
Sic in proposito: spes rata corda suo.

¶ Ponit parabolam dicens. q̄ anchora est quoddā instrumētū qd missū in mare se figit in terrā ⁊ ibidē retinet firmiter nauē: ita similiter homo habēs bonā spem in se firmat cor suū in bono ꝓposito: ⁊ ibidē illud semp tenet. ¶ Cōstrue. Anchora. i. illud instrumētum tenet firmiter puppem. id est nauem/ in portu. i. in mari/ morsu scilicet suo/ spes rata. i. firma/ tenet sic. id est taliter/ corda. i. mentes hoim in proposito suo.

Ripa retentat aquas: pelagi ne migret in arua
Sic tenet irati: frena modesta manus.

¶ Ponit aliam parabolam dicēs. q̄ sicut ripa maris tenet aquas maris: ne fluant per arua: ⁊ ne peragrent mundū. Sic et manus modesta scʒ ratio: tenet frena scʒ voluntatē irati. ¶ Construe. Ripa retentat. id est retinet aquas pelagi. i. maris. ne migret. i. ne transeat in arua. i. in campos: et manus modesta. i. ratio retentat. i. retinet frena hominis supple irati. i. voluntatem.

Sepe cicatrices: in vulnera prisca resurgunt
Ad mala facta: sui gens male sana redit.

¶ Ponit parabolam dicēs. q̄ nos videmus sepe cicatrices resurgere in vulnera antiqua: etiā homo malus postq̄ saluus factus est a peccato adhuc redit ad illud malum. ¶ Construe. Cicatrices resurgunt sepe. id est reuertuntur in vulnera prisca. id est pristinam/ gens male sana. i. peruersa: redit ad malefacta.

Flagrantes: vicina rosas vrtica perurit
Et iustos semper turbat iniquus homo.

¶ Ponit aliam parabolam dicens. q̄ vrtica vicina rosis facit illa vri. Sic etiam homines mali habeant vastare et perturbare bonos. ¶ Construe. Urtica vicina. i. propinqua rosis supple perurit rosas flagrantes. id est odorantes. Et iniquus homo. i. malus homo: turbat semper iustos.

In palea dum grana iacent: immunda videntur
Est similis prauis: qui manet inter eos.

¶ Ponit aliam parabolam dicens. q̄ sicut grana que iacent inter paleas videntur immunda: ita homo qui conuersatur inter malos homines videtur esse malus: quare consortia reproborum fugere debemus. ¶ Construe. Dum pro quando/ quādo grana iacent in palea videntur immunda: homo supple est similis prauis scilicet hominibus: qui manet inter eos scilicet homines.

Ictibus vndarum: rupes immota resistit

Est bonus assiduis fluctibus omnis homo

¶ Ponit aliam parabolam dicens. q sicut rupes firma resistit fluctibus et vndis: ita bonus homo et iustus resistit aduersitatibus et pctis mundi. ¶ Construe. rupes immota. i. immobilis resistit fluctibus. i. actibus vndarum: et bonus homo resistit fluctibus assiduis. i. aduersitatibus mundanis siue peccatis.

Mobile cum vento folium volat arbore raptum
Sic mens instabilis semper vt aura volat

¶ Ponit aliam parabolam dicens q folia ab arboribus cadentia cum vento volant Similiter et mens instabilis hominis semper variatur et nunq in eodem statu permanet. ¶ Construe. folium mobile raptum ab arbore volat cu vento: sic mes instabilis volat. id est discurrit vt aura. id est ventus.

Stultus qui puppem sine remige ducit in altum
Et sine subsidio graue qui sumit onus.

¶ Ponit alia para. di. q stultus est qui ducit nauem in pfundu aque sine remis. similiter ille est stult q sumit onus nimis graue sine subsidio vel adiutorio: vt q sumit scolas regere sine scientia, vel qui presumit studere sine libris. ¶ Construe. ille sup. qui ducit puppem. i. nauem in altum. i. in profundum aque: sine regimine. i. sine remis est stultus. et ille sup. qui sumit onus graue. i. pōderosu sine subsidio est stultus

Per patulas rimas sol lucem intrat in edem
Corda per auriculas dogma docentis init.

¶ Ponit alia parabola dices. q sicut sol intrat domum per paruas aperturas tecti sic doctrina siue scientia intrat in corda puerorum per auriculas. ¶ Cōstrue. sol lucens intrat in edem. i. in domu per rimas. i. per aperturas patulas. i. aptas dogma id est doctrina docentis init. i. intrat corda per auriculas.

Multotiens captum trahit hamus ab equore piscem
Sed bona verba mali nullus ab ore trahit.

¶ Ponit aliam parabola dicens. q piscatores bene trahunt pisces ab aqua hamo mediante: sed nullus potest habere seu trahere bona verba ab ore mali hominis. ¶ Construe. hamus trahit multotiens piscem captum ab equore. i. amari vel aqua sed nullus trahit bona verba ab ore hominis supple mali.

Pauperat et ditat talorum casibus vlphum
Alea: sed vetat vt mage fiat inops.

¶ Ponit alia para. di. q vlphus fuit quida lusor q propter ludu alearu/chartularu/taxillorum/et aliorum: erat qnq pauper et quandoq diues: sed sepius erat pauper q diues. qr qn diues erat faciliter efficiebatur pauper. sed quando pauper erat vix poterat effici diues ob defectum pecuniarum quas non habebat pro ludendo. nam deficiente causa deficit effectus. ¶ Construe. alea pauperat et ditat vlphum. id est illum hominem casibus talorum: sed vetat. i. ordinat vel permittit mage. i. magis. vt fiat inops. i. pauper. v. Ludere cum talis non est res spiritualis.

Extincti cineres si ponas sulphura viuent
Sic vetus apposita mente calescit amor.

¶ Ponit aliam para. di. q si ignis sit extinctus et apponatur sulphur super cineribus calidis ignis reuiuiscet. Similiter si amor verus rememoret iteru renouatur/et hō iterat amare ¶ Construe. extincti cineres viuent si ponas. id est si apponas sulphura: sic amor vetus calescit mente apposita.

Dira caribdis aquas bibit et vomit omnibus horis

Sic dat sic aufert sors sua bona viris.

¶ Ponit aliã para. d. qđdã periculũ marinũ qđ vocat caribdis/est talis nature q illud qđ bibit cito euomit:ita similiter fortuna dat bona viris et aufert eis bona que dedit. ¶ Con. Caribdis vira. i. illud crudele periculũ marinũ bibit et vomit. i. euomit aquas oibus horis/sic sors. i. fortuna dat et aufert bona suis viris. i. hoībus.

Currere cogit equum/sub milite calcar acutum
Et puerum studio/virga vacare suo.

¶ Ponit aliã para. dicẽs q sicut calcar acutũ cogit equum cito currere sub equite: similiter virga cogit iuuenem ad studendũ. ¶ Construe. calcar acutum cogit equũ currere sub milite: et virga facit vacare puerum studio.

Non perit ipse sua: qui propria nauigat aura
Nec vir qui propria degere debet ope.

¶ Ponit parabolam di. q ille qui sua propria vtitur voluntate non semper perit: similiter ille qui non vtitur propria voluntate sicut est pauper non semper perit. ideo sperare debemus licet pauperes simus. ¶ Construe. ipse qui nauigat proprия aura id est ille qui vadit propria voluntate non perit semper/ nec vir qui debet degere. i. viuere in paupertate supple propria ope. i. proprio labore.

Tranquillum nequit esse fretũ dum peste mouetur
Nec mansuetus homo dum mouet ira iecur.

¶ Ponit para. di. q mare nõ potest esse firmũ et stabile dũ mouet tẽpestate et ventorum impetuositate/sic nec homo mansuetus et pacificus põt esse stabilis dũ p irã commouetur. ¶ Construe. fretum. i. mare nequit esse tranquillum. i. bonũ siue stabilem. dũ pro quando/quando mouetur peste. i. tempestate/nec pro nõ et hõ mansuetus. id est pacificus non potest esse tranquillus supple. dum pro quando/quando ira mouet. i. commouet/iecur. i. cor hominis.

Cur aperit portam qui claudere non valet illam
Cur michi rem spondet qui dare nequit eam.

¶ Ponit parabolam dicẽs q nos nõ promittamus aliquid si nõ volumus tenere. ꝛ si sit iniustum non debemus promittere. Et dicit cur aperit portam ille qui non potest claudere: et cur promittit ille qui non potest tenere. ¶ Construe. cur id est quare ille supple aperit portã qui nõ valet. i. non potest claudere illã scz portã. cur ille spondet. i. promittit michi rem qui nequit dare eam. scz rem promissam.

Concipit vt pariat mulier dum venerit hora
Tu quoqz suscipiens des aliquando michi.

¶ Ponit aliã parabolã dicẽs: q mulier concipit vt pariat dũ tpʹs affuerit. Similiter si tu suscipias ab aliquo bona aliqua debes sibi de tuis dare dũ locus affuerit. ¶ Con. mulier concipit vt pariat dum hora venerit. s. pariendi/quoqz pro ꝛ tu suscipiens aliquid a me sup. des aliquando michi: aliquid supple.

Nulla potest sedare sitim flagrantibus vnda
Copia: nec cupidi cor satiare viri.

¶ Ponit aliã para. di. q nulla aqua potest auferre sitim ab hoībus epate calidis: sicut sunt ydropici. Similiter nulla abundantia bonorum et diuitiarum potest satiare cor hominis cupidi siue auari. ¶ Construe. nulla vnda. i. aqua potest sedare id est satiare. sitim hominibus flagrantibus: scz epate nec copia id est abundantia diuitiarum supple potest satiare cor viri auari.

Vipera virus habet que cum calet euomit illud

Claude sinum prohibe ne calefiat tibi

¶ Ponit aliam parabolam dicēs. q vipera est serpēs habens venenū/que cū calet et irascitur euomit siue emittit illud per os/quare claude tuum sinum ne ille serpēs intret ibi:quasi dicat q praue cogitationes habent virus.i.effectum mali/ que cum calent.i.delectant/euomunt illud virus scilicet suum effectum.et inde prouenit malum siue petm̄:quare debes claudere tuā mentē ne praue cogitationes intrēt in illā ¶ Construe.vipera habet virus:que.s.vipera cum calet.i.irascitur euomit illud scz venenum:claude sinum tuum sup.prohibe ne serpēs sup.caleñat ibi.

De nuce fit corulus:de glande fit ardua quercus
De paruo puero sepe peritus homo.

¶ Ponit para.d.q sicut de parua nuce & de parua glande fiunt magne arbores:ita de vno paruo puero sepe fit homo magnus/sapiēs et potens:quare pueros negligere non debemus. ¶ Con.corulus fit de nuce.i.de fructu nucis/& de glande fit quercus:ardua.i.magna.Similiter homo peritus.id est sapiens fit sepe de paruo puero

Futile vas fundit:vas sincerumqz retentat
Sic audita tenet mens bona/fundit ebes

¶ Ponit aliam parabo.dicēs.q vas futile.fractū fundit.i.spargit vinū:sed vas sincerum.i.integrū retinet vinū et non perdit illud.Sic mens bona retinet bonos monitus & mens ebes obliuiscitur illos. ¶ Construe.vas futile.i.fractum/fundit id est diffundit vina/vas sincerum.id est integrum:retentat vina. sic mens bona tenet audita.id est bonos monitus:et mens supple ebes.id est ebetata:fundit.id est perdit siue obliuiscitur/bona audita supple.

In nichilum nix alta fluit:si desuper ymber
Decidat/et vicio fama perempta perit.

¶ Ponit aliam para.di.q nix alta et magna vertitur in nichilū pluuia desup cadente.similiter bona fama et bonū nomē deperdit vicio adueniente et illā denigrante ¶ Con.nix alta.i.magna:fluit.i.vertit in nichilū:si ymber.i.pluuia decidat.i.cadat desuper:sic et fama peremp:a.i.diffamata vel destructa:vicio perit.id est perdit.r.

Stratus humi palmes subeuntibus indiget vlmi
Indiget auxilio diuitis omnis inops.

¶ Ponit aliam parabolam dicens.q palmes siue palus indiget vlmi.i.illius magni arboris vt inde erectus sustineatur et cum aliis palmitibus sit ligatus siue fortificetur.similiter et omnis homo pauper indiget auxilio diuitis vt inde sustineatur & viuat. ¶ Cōstrue.palmes stratus.id est prostratus humi.id est terre indiget vlmis id est illis arboribus subeūtibus ipsi palmiti supple scilicet p suas virgulas.Sic oīs inops.i.homo pauper.indiget auxilio diuitis.

Non possum prohibere canem quin latret vbiqz
Nec queo mendaci claudere labra viro.

¶ Ponit aliam parabolam dicens.q homo non potest prohibere canē quin latret vbiqz.Similiter nullus potest prohibere virum mendacem quin mentiatur vbiqz. ¶ Construe.Ego supple non possum prohibere canem quin latret vbiqz:nec pro et et non queo claudere labra.i.labia siue os:viro mendaci.

Fumum non ignem iaculatur ab ore caminus
Colloquio non re liuor obesse potest.

¶ Ponit aliam parabolam dicens.q caminus.id est fornellus euomit fumum tantum et non ignem. Similiter inuidus non potest nocere nisi colloquio et non emittit nisi solum ventum ab ore quem perdit. ¶ Construe. Caminus.id est fornellus:

facul atur. id est euomit ab ore fumum. et non euomit supple ignem: liuor. id est inui dia potest obesse. id est nocere colloquio: et non re. id est facto.

Non domus sed dominus laudetur si bonus is sit
Sinautem dominum spernimus atq; domum.

¶ Ponit aliam parabolam dicens. q si aliquis dñs vel magister alicu' domus sit bonus debemus laudare dominum et non domũ: sed si sit malus/ et domum et do= minum spernere debemus. ¶ Construe. dominus/ domus supple laudetur z nõ do mus: si is scilicet dominus sit bonus. Sinautem pro si/ et pro non: sed si dominus nõ sit bonus supple: nos spernimus dominum: atq; pro et domum.

Non ibis rostrum: non ardea deserit anum
Non leuiter vicium: dum facit illud homo.

¶ Ponit aliã para. z dicit q ibis. i. illa auis portat semper suum rostrum. Et ardea etiam illa auis semper portat suam caudam. Similiter homo faciens aliquod pec catum non reliquit illud: sed semper portat vel in mente vel in corde. ¶ Construe. Ibis. i. illa auis. non deserit. i. dereliquit rostrũ suũ supple. Et ardea. id est illa auis non deserit anum. id est caudam supple. Sic homo non deserit supple leuiter vitiũ. id est peccatum: dum pro quando/ quando facit illud.

Aufert sepe solo nigra nubes lumina solis
Et patris auxilium dira nouerca michi.

¶ Ponit parabolã dicẽs. q nubes nigra aufert sepe lumina solis a terra: sic nouer= ca. i. vxor patris tui que non est tibi mater auxilium sepe tollit quod pater tibi sepe preberet. ¶ Construe. nubes nigra aufert. i. tollit sepe solo. i. terre lumina. id est cla= ritatem solis. Sic et dira nouerca tollit michi auxilium patris mei supple.

Non semper moriuntur aues quibus insidiatur
Arcus: nec michi sunt tela nec hasta mine.

¶ Ponit aliam parabolam dicens. q aues quibus auceps cum arcu/ vel aliter insi diatur non semper moriuntur. Similiter homo qui insidiatur armis nõ semper mo ritur. ¶ Construe. Aues non moriuntur semper quibus arcus insidiatur: nec hasta sunt tela michi: nec minime sunt hasta michi.

Sydera splendorem non possunt addere soli:
Cum superet solis lumina cuncta iubar

¶ Ponit aliã para. d. q oẽs stelle celi nõ psũt lumini siue claritati solis aliquid adde re nec diminuere/ cum ipse sol excedat eas claritate: quasi diceret q homo preclarus et potens siue sapiẽs non potest superari a minimis siue stultis. ¶ Cõstrue. sydera non possunt addere. i. adiungere splendorẽ. i. claritatẽ soli cũ iubar. id est lumẽ solis superet. id est excedat cuncta lumina. id est stellas scilicet luce.

Si catho sis et vis in candida vertere nigra
Cura sitq; cure/ diues et esse potes.

¶ Actor dicit si tu es sapiens et habes practicam alicuius artis vel scientie: adhibe diligentiam in excercendo tuam artem siue scientiam in loco debito secundum tuã artem. nam homo rethor nichil aut parum proficeret in paruo oppido: sed multuz proficiet in curia alicuius principis et cito diues erit. ¶ Cõstrue. si tu sup. sis catho. id est sapiens et vis vertere nigra. id est paupertatem in alba. id est in diuitias cura id est diligentia sit cure/ et potes. id est poteris esse diues.

In viscum volucres ducit cum cantibus auceps
In fraudem gentes blesa loquela viri.

Ponit aliam parabolam dicens. q auceps ducit aues ad viscum cū dulcibus cantibus. Sic et homo blandus et suauis decipit homines cū suis verbis fallacibus ꝛ nephandis. ¶ Construe. Auceps ducit volucres in viscum cum cantibus. Et vir ducit gentem in fraudem loquela blesa .i. blanda suaui.

Impetus est syluis: et vasta leonibus ira
Et tamen inter se: ius sociale tenent.

¶ Ponit aliā para. dicēs. q magnus impetus est qñq in siluis .i. nemoribus sic q arbores percutiunt seinuicem propter agitationes venti: ꝛ similiter ira maxima est inter leones: ꝛ tñ sunt ibi sociales: et similiter viuunt ita q si cetera animalia vellent minimo leoni nocere ceteri leones succurrerēt ei. similiter ꝛ homines debēt se simul associare: sic q si aliquis inimicus alicui homini nocere presumat: noceat omnibus licet inuicem qñq rixent. ¶ Con. Impetus .i. turbatio / est siluis .i. arboribus / et ira vasta est leonibus .i. inter leones. et tñ tenent inter se ius sociale.

Post noctem sperare diem: post nubila solem
Post lachrymas risum: leticiamqz potes.

¶ Ponit aliā para. d. q post noctem diem: et post nubila et pluuias solem speram⁹. Similiter post lachrymas et dolores atqz aduersitates risum leticiamqz ꝛ prosperitatem sperare debemus. ¶ Construe. Tu supple potes sperare diem post noctem / et solem post nubila. Sic potes sperare risum qz pro et leticiam post lachrymas.

Omnia cesar erat: sed gloria cesaris esse
Desiit: et tumulus vix erat octo pedum.

¶ Ponit aliā para. nos admonens ne simus superbi et ventosi nec auari. di. q cesar fuit imperator romanus et dñs ac rex totius mundi tam in longitudine q̄ in latitudine: et tñ ipso mortuo olbus his fuit expoliatus: et fuit sibi solum relictus tumulus: qui vix erat octo pedum longitudinis. ¶ Cō. Cesar erat oīa: sed gloria cesaris desijt esse scz in morte: et tumulus eius supple erat vix octo pedum .s. in longitudine.

Non ruit in rupes: nec in alta pericula nauis
Quam maris in motus: remige rector agit.

¶ Ponit aliā para. di. q nauis que regit̄ p nautā sapientē ꝛ puidū nō perit in rupes illas pcutiendo: nec intrat in magna pericula maris: lz regat̄ per remigē que parua est. Similiter hō potēs et diues vix confundit̄ si bono consilio pauperis sapientis regatur: licet iste pauper sit modicus. ¶ Con. Nauis nō ruit in rupes / nec in alta .i. magna pericula quā rector agit .i. agitat in motus maris remige .i. cum remige.

¶ Capitulum secundum.

Luctatur cum nocte dies: cum nube serenum
Cum tenebris lumen: cum nece vita vigens
Sic labor in nobis: nam spiritus et caro semper
Pugnant: morimur si caro vincat eum.

¶ Hic assignat̄ sm capl'm in quo pcedit p quattuor ꝛ q̄ttuor metra: in q̄bus actor ponit sñias prouerbiales: seu parabolas ad bonos mores nos erigētes. Unde p̄mo ponit talē parabolā dicēs. q dies luctat̄ semp cū nocte: ꝛ nox cū die: ꝛ lumē cū tenebris et econuerso. et vita cū morte: mors cum vita. Simili' in nobis similis labor est. Nā spūs noster semp cū corpore pugnat: sed si spūs vincat carnē viuemus: ꝛ ad paradisum ascendemus. sed si caro vincat spiritum moriemur: ꝛ ad inferna descendemus. ¶ Con. Dies luctat̄ cū nocte / et serenū luctat̄ cū nube .i. obscuro. lumē luctat̄ cū tenebris. vita vigēs luctat̄ cū nece .i. morte. Sic labor in nobis. nam pro qz / qz caro ꝛ spiritus pugnant semper: et si caro vincat eum scilicet spiritum: nos moriemur.

Pondera portat equus: bos terram sulcat aratro
Vellera portat ouis: seruat ouile canis.
Omnia quippe: sue nature debita soluunt
Preter eum: qui plus his rationis habet.

¶ Ponit para. di. q̄ naturaliter equus portat pondera: bos fodit terrā arotro: ouis portat lanā: et canis seruat ouile: ⁊ hec sibi cōueniunt naturaliter. Similiter oīa viuētia naturaliter soluunt debita nature scʒ faciēdo: preter hoīem qui habet plus rationis his .s. aliis alalibus brutis. Nā de⁹ voluit alalia bruta subjici hoībus: vt ī ps̄o. Oīa subiecisti sub pedibus eius: sed ipse homo debet subijci deo. scʒ opera bona faciēdo seruando se a peccatis. ¶ Con. Equus portat pondera / bos sulcat .i. fodit terrā aratro / ouis portat vellera .i. lanam: et canis seruat ouile / quippe .id est certe / omnia soluunt debità nature .id est faciunt quod debent: preter eum qui plus habet rationis his .i. q̄ animalia que dicta sunt. Nota q̄ quando iste due dictiones plus ⁊ magis significāt excessum qualitatis requirūt post se gtīuū: sed si significēt excessum q̄titatis: requirunt post se ablatiuum: vt in proposito. Vn̄ versus. Plus magis requirunt genitiuum qualitatiue. Et ablatiuum sibi dabunt quantitatiue.

Ethereus motus mouet omnia sydera: preter
Unum: sed semper permanet illud idem
Si constans et fidus homo: sine fine tenebit
Hunc in amore modum: quem tenet ipse semel.

¶ Ponit aliam para. d. q̄ celum mouet omnia sydera preter vnū qd̄ vocat̄ polus antarticus quod sp̄ in vno loco permanet ad modum rote qui dū mouetur eius tn̄ axis non mouetur. Similiter homo fidelis et constans tenebit fidem promissionemq̄ʒ et bonuʒ amorē quē promisit vel incepit tenere. ¶ Con. Motus ethereus .i. celi mouet omnia sydera preter vnū scʒ polum antarticū: sed illud sup. sydus .s. polus antartic⁹ permanet semper idem .id est in eodem loco. sic homo constans et fidus tenebit sine fine hunc modum quem ipse scilicet homo tenet .id est tenuit semel.

Phebus ab occasu: rursus raptatur ad ortum
Quem prius huc illuc: machina versa tulit
Sic in amicitia mundus stat / flagrat / et ardet
Corruit et surgit: quod magis amat odit.

¶ Ponit aliā para. di. q̄ sol nunc de oriente tendit in occidentē. et de occidēte ad orientem: et qn̄qʒ cadit scʒ ad occidentē: et qn̄qʒ surgit scʒ ad orientē: et qn̄qʒ est altus: ⁊ qn̄qʒ bassus: ⁊ semꝑ mutatur. Sic similiter amor huius mundi est mutabilis ⁊ variabilis: quia qn̄qʒ amat / qn̄qʒ odit / quandoqʒ nocet / quandoqʒ placet / quandoqʒ cadit / quandoqʒ surgit: et nunq̄ʒ in eodem statu permanet. ¶ Construe. Phebus raptatur id est tendit / ad ortum .i. ad orientem / ab occasu .i. ab occidente: quem scilicet solem / machina .i. compositio versa tulit .id est portauit prius huc illuc .i. modo huc ⁊ modo illuc. Sic mundus stat in amicitia / mundus supple flagrat .id est calet et ardet: ⁊ mūdus supple corruit .id est cadit: et surgit supple mundus: ⁊ odit illud supple qd̄ amat magis. Unde versus. Flando gero bellum canem nucis inde flabellum. Nescas et appollo quia iunctos inde repello.

Tutior est locus in terra: q̄ turribus altis
Qui iacet in terra: non habet vnde cadat
Impetus ⁊ venti: tonitrus et fulmina turris.

Flatibus euertunt: stare sed yma sinunt.

¶ Ponit para. dicēs nos magnos honores et diuitias fugere: dicens q̄ locus est tutior in terra q̄ in altis turribus et alijs locis similibus periculosis. quia qui sedet in terra cadere nescit cum non habeat vnde. Et q̄ locus bassus sit tutior alto patet. q2 venti tonitrua fulmina et tempestates maxime regnant in locis altis quare leuiter subuertuntur: sed in locis bassis et absconsis minime vel saltem parum regnant et vix subuertuntur: quare magnos honores et potētias siue diuitias fugere debem9, ne subuertamur in maximam inopiam siue paupertatem scilicet post mortem. ¶ Construe. locus est tutior in terra q̄ in turribus altis ille supple qui iacet in terra non habet vnde cadat: impetus et venti tonitrus et flumina euertunt turres stabiles: sed sinunt. id est desinunt stare yma. id est bassa.

Non possunt habitare simul contraria cum sint
Mors et vita: procul decidet ab ea
Sic duo sunt que non possunt intrare cor vnum
Vanus amor mundi: verusq3 amor dei.

¶ Ponit aliā para. per quā docet nos audire mundum et ei9 bona di. q̄ mors et vita non possunt esse simul et semel in eodem cum sint cōtraria. similiter alia duo ↄtraria sūt que non possunt esse simul in vno corde. scilicet amor dei ⁊ amor mundi quia nemo potest duobus dominis seruire. s. deo et mammone vt habeatur in euangel'. ¶ Construe. mors et vita non possūt habitare simul cū sint cōtraria. hec. s. mors decidet. i. separatur procul. i. longe ab ea. s. a vita. sic duo sunt que non possunt intrare vnum cor hominis. s. amor vanus. i. inanis mundi q3 pro et verus amor dei.

Stratus humi non surgit item dum police flexo
Portat onus graue quo precipitatur equus
Sic homo qui magna viciorum mole grauatur
Non nisi deposita mole leuare potest.

¶ Ponit aliā para. d. q̄ si equus onus graue portās cadat i terrā surgere nō potest nisi pri9 deponat onus. sic hō pctis grauiter onerat9 surgere nō pōt nisi pctā deponātur p ↄfessionē/cōtritionē/ ⁊ satisfactionē. ¶ Cō. equ9 strat9. i. pstrat9 humi. i. terre nō surgit itē. i. iterū. dū p qn/qn portat onus graue quo. s. onere precipitat police. i. genu flexo sic. i. similiter homo qui grauatur magna mole. i. pondere viciorum non potest leuare nisi deposita mole. id est pondere scilicet viciorum.

Non quo nauta volet sed quo volet aura vehetur
Pupis: cum tumidi venerit vnda maris
Non quo propositum sed quo sors ducit eundum
Est homini licitum qua docet ire via.

¶ Ponit para. d. q̄ mare existe turbido et inflato seu ipetuoso nauis non tēdit quo nauta dirigere proponit sed quo vnda ducere nitit. similiter hō nō vadit iuxta suum propositum sed secūdum q̄ fortuna ducit vnde licitum est homini pergere qua via iter ducit. ¶ Con. pupis. i. nauis nō vehitur. i. trahitur eo loco su. quo nauta volet. i. velit sed eo loco su. quo vnda maris vehit. i. trahit cū pro quādo/quādo vnda maris tumidi. i. inflati venerit similiter ego supple non eo. id est non vado propositum id est iuxta propositum siue voluntatem sed eo in loco sup. quo sors. id est fortuna docet eundum licitum est homini ire eo loco supple quo via docet.

Apparet fantasma viris: sed rursus ab illis
Vertitur in nichilum quod fuit ante nichil.

Sic adest et abest fugitiui gloria census
Non prius aduentat q̄ quasi sonus eat.

¶ Ponit aliā para. di. q̄ nobis sonātibus apparent multa fantasmata qui nō sunt in rerum natura nec quandoqȝ possent esse: que tamen vera videntur sed nobis euigilantibus ⁊ de sōno surgētibus falsa noscuntur ⁊ in nichilū redigūtur/ et sic idē reducitur in idem quia nichil in nichil. similiter est de gloria et honore mūdi ⁊ honor eiꝰ q̄ post mortē quasi sōnia a nobis videbuntur. Et adhuc pauperes multos viuere videmus q̄ tn̄ olim diuites et potentes fuerunt diuitie tn̄ eoꝝ ⁊ potētie preterite nūc sibi quasi somnia videnꝫ/ et in nichilū rediguntꝫ. ¶ Con. fantasma. i. somniū apparet viris. sed illud supple quod fuit ante. i. prius nichil rursus. id est iteratio vertitur in nichilum ab aliis scilicet hominibus siue viris sōniantibus gloria census. i. diuitiarū fugitiui adest et abest sic id est taliter: q̄ gloria supple non aduentat. i. non aduenit prius q̄ eat. id est recedat quasi somnus. id est ad modum somni.

Dum calor est et pulchra dies formica laborat
Ne pereat dum nix venerit alta fame
Sic iuuenis dum tempus habet sudoribus aptum
Querat quo possit lassa senecta frui.

